



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

Q

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

QUARTA EPISCOPALIS.

QVONIAM sequens Rotæ Rom. decisio ad quartam Episcopalem pertinens inter volumina nouissimarum decisionum diuersorum eiusdem Rotæ Auditorum minime excussa reperitur, & perspicuus ad sedandas lites, qua excitari possent, plurimum prodesse, ut aliis innotescat, ideo communitari consulendo illam, fideliter, sicuti impressa ad manus peruenit meas, sic typis mandare curavi.

Fuit subditum per Ill. & Reuerendissimum D. Seraphinum Oliuarium Razalium Rotæ Auditorem in causa Syracusæ quarta, An opera pia, in quibus commenda sunt bona hereditaria, sint privilegiata a iure, ita ut non debeatur quarta Episcopo Syracusano, & die Marcurij 5. Martii 1586. fuit facta resolutio infra scripta, videlicet.

Circa propositum dubium plures consideratae fuerunt difficultates. Prima fuit, an Reuerendissimo D. Episcopo Syracusano debeatur quarta ex relictis pro maritandis, seu monachandis puellis pauperibus, & pro pane præstando quilibet hebdomada pauperibus, & circa hunc articulum Domini dixerunt regulam esse, quod de relictis pauperibus, in genere nulla debetur quarta glo. in c. 2. in ver. decreuit, & ibi Inn. num. 1. Abb. num. 8. de sepult. Bal. in l. id quod pauperibus, nu. 30. ver. s. addo tertiam rationem, C. de Episc. & cler. Rom. cons. 233. num. 2. ver. tertio fallit. Petr. de Vbald. de canonica Episcopali c. 5. nu. 10. & 11. & cap. 7. nu. 15. & 50. & ratio est, quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis, non autem pijs locis, de relictis autem personis non detrahitur quarta Episcopalis, iuxta tex. in c. ex parte, il terzo. de verb. sig. Inn. Abb. Petr. de Vbal. vbi supra. Fallit autem hæc regula in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum loco pio, ut post Io. And. limitat Abb. in d. c. 2. num. 3. & Petr. de Vbal. vbi supra.

Secunda difficultas est, An de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, adificatione, & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum debeatur quarta, & D. mini censuerunt non debere, iuxta tex. in c. vlt. ibi, seu fabrica, de testa, & in d. c. ex parte, ibi, vel ob fabricam, Rom. d. c. 233. in princ. Capyc. decis. 23. num. 4. Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas: An hoc casu debeatur quarta, quando de presenti non indigent restauratione. Nam affirmatiuam tenuerunt Host. Io. And. Anch. in d. c. vlt. de testam. vbi Couar. existimat esse magis communem opinionem; Contrarium vero tenuerunt Goffred. Card. Barb. & ipse Couar. per tex. in c. nobis 2. q. 2. quia legatum Ecclesiæ non indigente seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Ideo in hoc conflictu attendenda est forma legati. Si enim testator vult statim, vel in singulos annos solus aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia; si vero legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarij, ornamentorum & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta, d. c. in. si vero vltus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui diuino, tunc debetur quarta, d. cap. ex parte, & c. requisisti, de testam.

Tertia

Tertia difficultas est, An de relictis pro aliis operibus piis in genere detrahatur quarta, & hæc pendet a futuro eventu, si enim executores distribuerint legatū in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia diuinum cultum, tunc quarta non deducitur, d. c. fin. & c. ex parte, & Couar, in d. c. fin. nu. 7. quia distributio quam facit executor censetur facta ab ipso testatore, l. vnum ex familia, §. 1. vbi D. nus, Barr. & Doct. de leg. 1. secus si executores distribuerent legatum in vsum non priuilegiatum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa legatum factum pro maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea: & conclusum fuit, neque etiam hoc casu deberi quartam, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, vt supra dictum est, cum legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem, militat alia ratio, quod tale legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur, Tiraq. de priuil. piæ causæ in princ. Quare conclusum secundum legatorum differentias, & distinctiones supra deductas esse hæc causa pronuntiandum.

Seraphinus Olinarius Auditor.

De hac quarta episcopo debita vide Molinā de iusti. & iu. dispu. 215. hanc quartam episcopo non deberi de relictis confraternitatibus laicorum, & esse magis, communem sententiam elicitur ex Doctoribus relatis per Parisium conf. 34. nu. 29. lib. 4. Menoch. de recuperan. posses. remed. ii. nu. 31. Anton. Gabr. lib. 6. com. opi. de causa pia conclus. 9. num. 13. late Abb. consil. 31. parte 2. pro contraria parte vero vide Barba. consil. 1. num. 4. & Alex. consil. 102. nu. 5. lib. 7. legatum factum pauperibus de quibus præsumatur testatorem sensisse Menoch. lib. 4. de præsump. 115. legatum factum simpliciter ecclesiæ cuius ecclesiæ causa relictum præsumatur. idem præsump. 114. eo. lib. 4. legatum ad pias causas quando factū præsumatur idem lib. 4. præsump. 115.

REGULÆ, ORDINATIONES, ET CONSTITUTIONES
Cancellariæ Apostolicæ Sanctijs. D. N. D. Pauli diuina prouidentia
Papa V.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa V. suorum prædecessorum vestigijs inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens, in crastinum assumptionis suæ, ad summum Apostolatus apicē, videlicet, die XVII. mensis Maij, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo sexcentesimo quinto, Reseruationes, Constitutiones, & Regulas infra scriptas fecit, quas, etiam ex tunc suo tempore duraturas, obseruari voluit, & quas, Nos Alexander Sancti Laurentii, in Damaso Diaconus Card. Montaltus, S. R. E. Vicecancellarius, die 21. mensis Maij dicti Anni in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Mm 4 Refer.